Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Ut quod ei aliud mandatum non esset nouum instauratum. Diligens pri-
mum tuum sicut te ipsum. Dilectio proximi non operatur malum. Ple-
nitudo ergo legis est dilectio. Sdm Mathm.
In illo t: Ascendente ihu in naviculam: secuti sunt eum disci-
puli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari: ita ut
navicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et
accesserunt: suscitaverunt eum dicentes. Dne: salua nos perimus.
Et dicit eis. Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens
imperavit ventis et mari: et facta est tranquillitas magna.
Porro homines mirati sunt dicentes. Qualis est hic:
quia venti et mare obediunt ei. Dmica vi: Ad Colossenses
Fratres: Induite vos sicut electi dei sancti et dilecti
viscera misericordie benignitatem humilitatem
modestiam patientiam: sustinentes invicem et donantes
vobis metipsis: si quis adversus aliquem habet querelam: sicut
et dns donavit vobis ita et vos. Super omnia autem hec
caritatem habete: quod est vinculum perfectionis. Et pax xpi ex-
ultet in cordibus vris: in qua et vocati estis: in uno corpore.
et grati estote. Verbum xpi habitet in vobis habundanter.
In omni sapia docentes et commonentes vos metipsos pa-
salmis ymnis canticis spualibus in gia cantantes in cor-
dibus vris dno. Omne quodcumque facietis in verbo aut in opere:
omia in nomine dni ihu. gratias agentes deo et pri per ihum
xpm dominum nrm. Sdm Mathm.
In illo t: Respondens ihs dixit. Confiteor tibi pater dne
celi et terre: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus. et
revelasti ea parvulis. Ita pater: quoniam sic fuit placitum ante
te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo
novit filium nisi pater: neque patrem quis novit nisi filius.